

ris causa interfecit. Græcè dicitur ἐγώ μοις Ἀγαστέλῳ, ut Terent. in And. Rogitabam. Heus puer dic sodes, quis hodie habuit Chrysidem? Phœdriam aut Cliniam dicebat, aut Nice-ratum. Sic. Cicer. Verr. 5. Multi & graves dolores inveni, pa-
rentibus & propinquis multi. Veruntamen mors sit extrema. Non erit: Estne aliquid ultra quod progredi crudelitas possit? Reperietur. Item Compensationem quam vocant Ἀναγκαστικὴν, ut, Amara sunt radices virtutis: fructus verò dulces.)

Occupatio 1. necessaria est, cum emenda-
mus vel mitigamus dictum aliquod sive rectè
sive palam.

2. Singularem prudentiam requirit.

(Videndum namq; studiosè erit, quæ sint hominum tacite
iudicia, quò propendeant animi, quid offendat, quid probe-
tur, &c.)

3. In tota quidem oratione, sed tamen vel
maximè in Exordiis locum habet.

4. Ferè prosopopœiam conjunctam ha-
bet.

(Itaque sicut Prosopopœia alia est perfecta sive directâ, &
imperfecta sive obliqua, ita & occupatio alia obliqua alia per-
fecta sive directâ fuerit, Tal. l. 1. cap. 36. Vbi etiam exempla
utriusque proponit.)

5. Interdum ipsi cogitationem nostram ad-
versario objicimus, ipsumque contrâ respon-
dentem fingimus.

(Et quidem sic ut nos objiciamus, adversarius re-
spondeat, nos occupemus, ille subjiciat. Sic Cicer. pro
Quint. recensetur Nevii vel Quinti sermocinatio: Illius
Quincium in jus vocantis: hujus adversario respondentis. De
re pecuniaria cupio contendere: non licet: At ea controversia
est: nihil ad me attinet. Causam capitis dicas oportet. Accusa,
I 2 ubi